

sancti israel regis nostri.

Gloriosus es in uisione sanctis tuis:
 & dixisti: posui adiutorum in po-
 tente: & exaltavi electum de plebe mea.
 Inueni dauid seruum meum: oleo sancto
 meo unxi eum.

Manus enim mea auxiliabitur ei: & bra-
 chium meum confirmabit eum.

Nihil proficiet inimicus in eo: & filius
 iniquitatis non apponet nocere ei.

Et conuertam a facie ipsius inimicos
 eius: & adientes eum in fugam conuertam.

Et ueritas mea & misericordia mea cum ipso: &
 in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Et ponam in mari mansum eius: & in flumi-
 nibus dexteram eius.

Ipsse inuocabit me pater meus es tu: deus
 meus & susceptor salutis mee.

Et ego primogenitum ponam illum: ex-
 cellsum pre regibus terre.

In eternum seruabo illi misericordiam meam:
 & testamentum meum fidele ipsi.

Et ponam in seculum seculi: semen eius:
 & thronum eius sicut dies celi.